

De Hippiatricorum codice Cantabrigiensi.

Abhinc plus quadraginta annos Darembergius, doctissimus homo Francogallus, quo fere nemo melius de medicis Graecis et Latinis meritis est, cum libros manu scriptos qui ad rem medicam antiquorum hominum pertinent, ubique terrarum investigaret, etiam Bussemakero auctore ad hippiatricorum Graecorum codicem quendam Cantabrigiensem attendit in bibliotheca collegii Sancti Emmanuelis servatum. Ipse vero quoniam tum aliis negotiis districtus erat, permisit Bussemakero, ut is paulo diligentius codicem inspiceret. Cuius schedulis usus quae Darembergius deinde in 'Archives des missions scientifiques et littéraires' III (Paris 1854) p. 47 sq. de codice rettulit¹, ita comparata sunt, ut non salivam movere non possint cuicumque hippiatricorum sordes non omnino futiles esse videantur. Satis enimvero habuit codicis natura descripta capitum indicem satis truncatum (qui in primis codicis paginis hippiatricis ipsis praefixus est) comparare cum indice unice quae exstat hippiatricorum Graecorum editionis impressae, quam curavit Simon Grynaeus (G) Basileae 1537. Eo tamen nomine laudandus est, quod κειμήλιον quoddam in codice adhuc

¹ Quae repetivit in libro 'Notices et Extraits des manuscrits médicaux' (Paris 1853) p. 169 sqq. Primum dixit de codice Arch. des miss. II (Paris 1851) 125 ann. 2 'je lui (sc. à Bussemaker) dois aussi une notice étendue que je reproduirai plus loin d'un mst. unique de la 'Collection des vétérinaires anciens', et que je n'avais pas eu le temps d'examiner moi-même.' Solus quantum scio antea inspexit codicem Petrus *Needham*, cum Geoponica ederet, Cantabrigiae 1704. Nominat codicem in 'Notarum Siglarumque explicatione' editioni praemissa et in apparatu ad Geop. XVI nonnullas codicis lectiones attulit. Praeterea apparet codex inter ceteros hippiatricorum libros apud Fabricium Bibl. Gr. ed. Harless VIII 9 annot.

delitescens protraxit et publici iuris fecit: fuit pusilla illa quidem sed gravissima codicis particula quae inscribitur Σίμωνος Ἀθηναίου περὶ εἶδους καὶ ἐπιλογῆς ἵππων, de qua postea codice sane non denuo inspecto optime meritus est Fridericus Blassius, vir summus, tunc adulescens, quippe qui in libro miscellaneo edito a societate philologorum Bonnensi (1864) p. 49—59 fragmentum Simonianum egregie enarraret et emendaret.

Quae cum ita essent, editionem Hippiatricorum Graecorum omnium praeparanti eorumque codices undique conquirenti etiam hoc mihi studendum esse videbatur, ut praeter ceteros Cantabrigiensem codicem (C) post Darembergium crassis fere rursus tenebris occultatum et circumfusum¹ ipse digitis volverem et quam diligentissime examinarem.

Virorum autem amplissimorum qui collegio Emmanuelis Cantabrigiensi pervetusto et celeberrimo hodie praesunt — imprimis grato animo nomino honoris causa Georgium Phear clarissimum collegii principem et E. S. Shuckburgh doctissimum humanissimumque librorum custodem — liberalitate haud satis laudanda factum est, ut singularem istum librum manu scriptum aestate anni huius saeculi nonagesimi primi Berolinum missum per tres menses et dimidium in bibliotheca Regia cum pulvisculo excutere liceret: et in dies magis magisque ineditorum capitum multitudine praeter expectationem emergente et augescente delectatus sum, neque minorem fructum cepi, cum Simonis fragmentum cum apographo Darembergi conferrem.

Scholastico munere et adversa plerumque valetudine manus pedesque vinctus quoniam hoc temporis momento nondum perspicio, quando editionem hippiatricorum amplissimam ad faustum finem perducturus sim, non a re visum est tandem segetis Cantabrigiensis primitias publice libare.

Itaque primum codicis indole accuratius descripta de eius capitibus adhuc plane ignotis eorumque auctoribus brevissime dicam, deinde fragmentum libelli pervetusti illius hominis Atheniensis Xenophonte antiquioris eruditus viris, si forte sunt qui haec studia non utique aspernantur, denuo proponam.

Codex inter libros manu scriptos collegii Emmanuelis 3,19 signatus forma quadrata (0,24 × 0,17 m) est foliorum 187 (369pp.)

¹ Nisi quod M. Miller in editione hippiatricorum codicis Parisini 2322 (Notices et Extraits des mss. de la bibl. imp. XXI 2, Paris 1865) aliquotiens lectiones quasdam leves Cantabrigiensis breviter annotat, cf. infra p. 55 ann. 1.

et constat ex tribus partibus, quarum duae priores usque ad p. 333 membranaceae sunt, tertia multo illis minor p. 334—369 papyracea. Atque membrana primae particulae satis vetusta maleque habita est, continet autem 112 folia (usque ad p. 222), quorum duo prima codicis magis ceteris obsoleta et arida egent paginarum numeris a recenti manu plumbo alibi additis. Egregie alterius partis (p. 223—333) membrana servata tamquam arido modo pumice expolita splendet: explet 56 folia id est dimidiam partem primi fasciculi. Pars papyracea denique duodeviginti foliorum (p. 334—369) agmen claudit¹. Custodes quaternionum in vetusta membrana novati, in recentiore antiqui supersunt. Quorum ope demonstrari potest membranam vetustam iacturam sedecim paginarum vel octo foliorum passam esse: constiterat enim olim e quindecim quaternionibus id est centum viginti foliis, nunc vero eius apparent, sicut dixi, centum duodecim folia. Membrana nova septem quaterniones continet, papyrus duos, quibus unum folium ad finem codicis additum est. Exaratus est liber a tribus hominibus, quorum manus facile dinoscuntur. Et primus scripsit codicem ab initio usque ad p. 222, id est usque ad finem membranae vetustae, alter a p. 223 usque ad p. 282 lin. 13 vocem $\pi\acute{\alpha}\theta\omicron\varsigma$ (= p. 228, 22 ed. Gryn.), tertius inde a $\tau\acute{\omicron}\nu$ usque ad finem libri.

Quas tres manus vel obiter inspicienti eiusdem scholae et aetatis esse apparet, quamquam altera et tertia multo subtiliores et accuratiores quam prima sunt, quae fortasse paulo vetustior illis est. Tertia manus alterius ceterum simillima paulo maiores et rotundiores litterarum ductus quam altera praebet. Lineae ubique stilo impressae codici in vetusta membrana paulo frequentiores 21—32 fere in quavis pagina emergunt, altera et tertia manus fere viginti quattuor lineis vel paulo pluribus minoribusve contentae sunt. Scriptura primae manus inter linearum intervalla non aequè procedit, cum alterius et tertiae manus ductus diligentius scripti ab altiore linea pendere soleant. Iota mutum semper deest. Litterarum formae, sicut Darembergius statuit, suadere videntur, ut codicem saeculo duodecimo exeunti assignemus: ob compendia plurima saepe lectu difficilior est. Inscriptiones omnium particularum earumque litterae initiales minio exaratae

¹ Darembergius satis habuit partem papyraceam a membranacea distinguere addito 'l'écriture est de trois ou quatre mains', quamquam res nulli dubitationi obnoxia est.

sunt. Inter lineas saepissime et quavis fere pagina recentiore manu glossae atramento plane nigro scriptae additae sunt, cum scribae codicis atramento fusco utantur. Ab eodem fortasse homine litterae in membrana vetusta crebro pallidulae redintegratae et obductae sunt. Magis quam membrana vetusta papyrus in fine codicis temporum iniurias passa est: tinearum morsu imprimis eius margo temptatus est et ipsa ubique haud paucas fenestras vel fissuras ostendit.

Atque ut ad ea veniamus, quae liber contineat, in primis duobus foliis non numeratis index priore sua parte dimidia orbatus legitur, quippe qui incipiat f. 1^r supra a verbis $\mu\varsigma'$ $\pi\epsilon\rho\iota$ $\acute{\epsilon}\rho\pi\iota\sigma\tau\omicron\upsilon$ $\kappa\alpha\iota$ $\acute{\epsilon}\pi\iota\nu\kappa\tau\iota\delta\omicron\varsigma$ et finiatur f. 2^r infra inscriptione extremi capitis $\rho\theta'$. $\pi\epsilon\rho\iota$ $\sigma\kappa\epsilon\upsilon\alpha\sigma\iota\alpha\varsigma$ $\acute{\epsilon}\gamma\chi\upsilon\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\acute{\omega}\nu$; f. 2^r purum est, f. 3^r id est 'p. 1' caput $\acute{\alpha}\rho\epsilon\tau\eta\varsigma$ $\acute{\iota}\pi\pi\omicron\upsilon$ $\pi\rho\acute{\omicron}\gamma\omega\sigma\iota\varsigma$ $\acute{\epsilon}\kappa$ $\pi\acute{\omega}\lambda\omicron\upsilon$ apparet, quod p. 1—11 septem capita eiusdem farinae ac non $\acute{\iota}\pi\pi\omicron\alpha\tau\rho\iota\kappa\acute{\alpha}$ secuntur. In fine paginae 11 occurrit demum collectionis inscriptio, ita si nominari potest: $\text{Ἀρχὴ τοῦ ἰπποιατρικοῦ βιβλίου τοῦ οὕτω καλουμένου ἢ μέλισσα}$ (des. p. 11) et p. 12 supra a verbis incipit $\pi\upsilon\rho\acute{\epsilon}\sigma\sigma\omega\upsilon$ $\acute{\iota}\pi\pi\omicron\varsigma$ $\acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota$ $\tau\eta\nu$ $\kappa\epsilon\phi\alpha\lambda\eta\nu$ $\kappa\alpha\tau\alpha\beta\acute{\rho}\acute{\epsilon}\pi\omicron\upsilon\sigma\alpha\nu$ $\acute{\epsilon}\pi\iota$ $\tau\eta\nu$ $\gamma\eta\nu$ $\kappa\tau\lambda.$ (= ed. Gryn. 1, 15 sqq.). Finem codicis p. 369 infra mutilatum esse manifestum est, quoniam quae ibi inveniuntur verba $\sigma\kappa$. . . $\iota\alpha$ $\pi\iota\kappa\rho\acute{\alpha}\varsigma$ (sic) minio exarata sunt. Neque igitur dubium est, quin ea olim inscriptionis loco fuerint ita ut opinor redintegrandae $\sigma\kappa\epsilon\upsilon\alpha\sigma\iota\alpha$ $\lambda\iota\pi\alpha\rho\acute{\alpha}\varsigma$ id est 'confectio unguenti'.

Atque Darembergius quidem de incrementis quae codex dat, haec asserit ll. p. 47: 'Dans l'édition (sc. de Grynaeus) il y a plusieurs chapitres qui manquent dans le mst.; mais dans le mst. il y a aussi, surtout au commencement et à la fin, beaucoup de chapitres qui ne se trouvent pas dans l'imprimé'. Indice utroque deinde comparato inscriptiones tredecim capitum codicis affert, quae apud Grynaeum desiderentur¹. Quae si legeris,

¹ Quae quam non sufficerent ad codicem recte aestimandum, ipse sensit, cum adderet 'mais pour examiner le mst. dans ses détails et s'assurer par conséquent des lacunes ou des additions qu'il présente par rapport au text imprimé, il eut fallu passer plusieurs mois à Cambridge'. Bussemaker postea apographum codicis fecit, cf. Costomiris, Revue des études Grecques V (1892) p. 64: quod est hodie codex Parisinus Suppl. grec 573, unde a Millero pauca illa quae dixi p. 53 ann. 1 frustula hausta esse verisimile est. Quo magis sane mirari licet, quod Millerus Cantabrigiensem codicem prae Parisino ita contemnit atque detrectat

ingentem novarum particularum molem quae e codice re vera assurgunt, iure mehercle miraberis: accrescunt Grynaei editioni eclogae ex hippiatricorum scriptorum thesauris descriptae non minus quam quadringentae septuaginta sex. Ex quibus quoniam triginta tres in codice Parisino 2322 a Millero edito (M) repetuntur, plane novae, dis si placet, — etenim fieri potest, ut hoc illud frustulum iam alibi extare non viderim — restant quadringentae quadraginta tres¹.

Eclogarum vero illarum duae classes discerni possunt, quarum prima continet eas, quibus iuxta inscriptiones auctorum nomina ascripta sunt, altera, quae illis lemmatis carent. Atque ut ab his quae multo plures sunt (sunt trecentae octoginta quattuor aut capitibus in M redeuntibus subductis trecentae duodesexaginta) incipiam, imprimis memoria digna esse videntur octo ea capita in initio codicis (p. 1—11) exarata — quae in transcurso iam tetigi — quae sic inscribuntur: Ἀρετῆς ἵππου πρόγνωσις ἐκ πύλου. Ἴππου ὄχειτου (ὄχέτου traditum) ἔκλεξις καὶ χρόνος τῆς ὀχείας. Κουουσῶν ἵππων ἐπιμέλεια. Πύλων ἀπὸ γέννας (i. e. γενεᾶς) ἐπιμέλεια. Πότε δαμασθῆναι δεῖ τοὺς ἵππους καὶ πῶς; Ἴππου ἀγαθοῦ δοκιμασία. Ἴππου σκολιοῦ δοκιμασία. Ἴππων φύσεις κατὰ ἔθνος. Vides ea capita non ad sanitatem sed ad educationem equorum pertinere, quare ab eclogarum vere hippiatricarum collectione merito seiuncta sunt. Ex capitibus autem istis duo, ne longus sim, hic digito monstravisse satis habeo. Alterum p. 6 sqq., quod est inscriptum Ἴππου ἀγαθοῦ δοκιμασία, propterea memorabile est, quia Geoponica Graeca quae vulgo dicuntur XVI 1, 8—9, Varro rr. II 7, 5, Columella VI 29, 2 eadem isdem fere verbis tradunt, sed ita, ut uniuscuiusque quaedam propria sint. Atque Geoponica quidem et scriptores Latinos ex Cassio Dionysio, qui Magonis Carthaginiensis libros de re rustica clarissimos in linguam Graecam vertit, doctrinam suam hausisse subtiliter probavit Ricardus Heinze (animadv. in Varr. rr. libr., comment. Ribbeck. 434 sq.), postquam olim Buecheler

(II. p. 9). Nam Cantabrigiensis Parisinum istum et copia et gravitate capitum ineditorum adaequat: neque minus dignus est, qui ipse per se totus in lucem edatur. Et vehementer errat Costomiris II. 62 cum codicem hippiatricorum Londinensem — codicum copias manibus teneo — Cantabrigiensi anteponit. Quos vero iuxta C 'par ordre d'importance' affert codices, Parisinum 2244, Leydensum, Vaticanum, toto caelo ab eo distant.

¹ Quibus duae Africani a Thevenotio iam editae detrahendae sunt.

Mus. Rhen. 39, 391 monstravit viam. Testis quartus, qui nunc accessit, quam non contemnendae sit fidei, quoniam ceterorum testimonia egregie supplet, alio loco demonstrare licebit.

Alterum caput p. 8 sqq. Ἴππων φύσεις κατὰ ἔθνος est de equorum formis quae secundum terras effinguntur. Prodeunt autem in conspectum genera undeviginti: Armenii, Arabes, Barcaei, Dalmatae, Thessali (inter quos 'Centaurii'), Gallici, Hiberi, Cappadoces, Lydii, Libyes, Lucani, Medi, Maurusii, Nisaei, Odrysii, Siculi, Sauromatae, Lyrcani (num Hyrcani?). Quibus indicis qui anaglyphis Graecorum et Romanorum explicandis operam dant fortasse uti poterunt ad equorum genera in monumentis exsculptorum melius distinguenda¹. Consentunt autem fere ad verbum excerpta Timothei Gazaei in Aristophanis Byzantii epitoma ed. Lambros p. 146 sq.

Sed hippiatricorum capitum omnium quae auctorum nominibus carent inscriptiones hic enumerare longum est. Itaque in universum annoto eorum esse viginti duo περί ὀφθαλμῶν, duodeviginti περί μάλεως, sedecim πρὸς ῥέυμα, quindecim πρὸς βῆχα, novem περί ψώρας (quibus accedunt tria capita de scabie caprarum, boum, canum), septem περί στραγγουρίας, totidem περί σειριασμοῦ*, sex περί τριχῶν, totidem περί ὤτων.

Atque ut ad eas codicis particulas novas aggrediamur, quae scriptorum nominibus insignitae sunt, exstant nonaginta duae, vel si M respicimus, octoginta quinque.

Inter quos auctores, ecolgarum numerum si respicimus, maxime eminet *Africanus*, cui accrescunt particulae triginta tres. Neque dubium est, quin idem sit atque Iulius Africanus, celeberrimus ille vir, qui floruit tertio post Christum saeculo, quo neminem melius de temporum ordine restituendo Christianorum aetate meritum esse Henricus Gelzer sagacissime demonstravit. Is enim scripsit, Georgii Syncelli (chron. p. 359) ut utar verbis, Κεστῶν ἐπιγεγραμμένην πραγματείαν ἱατρικῶν καὶ φυσικῶν καὶ γεωργικῶν καὶ χυμειτικῶν περιέχουσαν δυνάμεις. De quo opere paulo accuratius dixi 'Geoponicis' nisus in horum annalium volumine XLV, 81 sqq.

Cestorum autem reliquias quas publici iuris fecit Thevenot (mathem. vet. opera, Parisiis 1693, p. 275—316) si perlustraveris,

¹ De eadem re quae Vegetius art. vet. VI 6, 3 profert, non modo exiliora sunt, sed etiam ob equorum genera ibi prolata posteriorem sapiunt aetatem. Ab utroque vero discrepant quae scriptor ignotus G 216 memoriae mandavit.

fragmenta Cantabrigiensia non miraberis crebro ad supersticiosam et anilem redire medicinam, quae rancidis sympathiae vel animalium medicaminibus gaudet. Exempli gratia C p. 133 iubet equum dysuria laborantem castae virginis cingulo feriri. Neque pauca medicamina cum iis congruunt, quae Psellus paradoxogr. Graeci ed. Westermann p. 144—146 in Africani libris se legisse ait¹.

Summus exeuntis antiquitatis mulomedicus, cuius copiis postea ceteri omnes et scriptores Graeci, velut Hierocles, et Latini velut Pelagonius et Vegetius, largiter usi sunt, *Apsyrtus* est, qui Constantini Magni aetate (Suida s. v. teste) vixit, quo duce annis 332—334 p. Chr. n. contra Sarmatas ad Istrum militavit (cf. ipsius testimonium G 1). Cuius librorum eclogae in nostro codice inveniuntur novae undecim praeter duas, quas Millerus iam e Parisino protraxit². Apsyrtus autem libros suos composuit ex epistulis plurimis ad multos aequales homines datis, qui eum

¹ Praeterea in nostro codice duae eclogae Thevenotianae redeunt: C p. 312 ἵππων τιθασία est cap. η' p. 292 Thev. et C p. 365 πρὸς τὸ μὴ προῆσθαι est cap. ιβ' p. 293 Thev. Utraque particula foedissime in Cantabrigiensi libro depravata et truncata est. Neque plane consentit cap. ρκδ' G 268 cum Cestorum capite ις' p. 294 Thev., ex quo illud haustum esse dixit Fabricius-Harless Bibl. Graeca VIII p. 10. Novorum capitum Cantabrigiensium duodecim sunt θηριακά, cetera ita fere inscribuntur: περι ἐλεφαντιῶντος ἵππου, περι γενέσεως ἵππων, ἀναληπτικά δυνάμεως, πρὸς πολλὰ . . ἀφροδιιάζειν, εὐτόκιον γενναιότατον, εἰς ἀφθονίαν γάλακτος, πρὸς τὸ μὴ ἐκτιτρώσκειν, πρὸς ὠταλίαν, περι δυσουρίας, πρὸς ὕδρωπίαν, περι χροίας ἵππων, βάμμα τριχῶν, πρὸς ψύραν, πρὸς κάταγμα, περι συκῶν bis, πρὸς σκώληκας, περι φθειρῶν, περι λυσοδῆκτων, εἰς τὸ πραῦναι, unius eclogae inscriptio deleta (p. 362). Quibuscum velim conferas Pselli II. Ἀφρικανὸς δὲ φησι ὅτι καὶ τεχνικὴ τίς ἐστι γέννησις . . κατάγει δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος καὶ γάλα ἐκ μαστῶν . . πεποιήται δὲ αὐτῷ καὶ συλληπτικά καὶ ἕτερα μίγματα . . βάπτει δὲ καὶ τρίχας λευκάς . . ἀντιπαθές τε ποιεῖται θηρίων πληγαῖς . . . θεραπεύει τε ἀσπίδων δῆγματα καὶ ἀχλὺν ὀφθαλμῶν οὐ τοῖς ἐγνωσμένοις φαρμάκοις, ἀλλὰ περιάπτοις τισὶ καὶ ἐπάσμασιν . . καὶ τρίχας λευκάς μὲν μελαίνει, λευκαίνει δὲ μελαίνας. καὶ ἄλλ' ἅττα τοιαῦτα ὁ ἀνὴρ οὗτος ἐν τοῖς Κεστοῖς αὐτοῦ τερατολογεῖ καὶ διέξεισι.

² C p. 75 περι συλλήψεως, 90 π. βηχός (= M 678), 202 πρὸς σύναψιν νόσων, 249 π. μελικηρίδων, 262 π. ἐλμίνθων, 296 π. θλασμάτων, 302 π. σειριασμοῦ, ib. π. χηνιασμοῦ*, 303 π. στρέμματος ποδός. Praeterea p. 68 altera particula εἰς ὄσον ἵππας κῦει χρόνον habet lemma τοῦ αὐτοῦ, cum antecedens caput ib. π. ἵππάδος συλλήψεως egeat auctoris nomine. Cum autem illa redeat M 629 ex officina Apsyrti prompta, etiam hoc eidem vindicari debet.

de curis equorum consuluerant. Cuius quanta illis temporibus auctoritas fuerit, inde cognoscitur, quod in G et in M, summam si subducimus, sexaginta quinque nomina hominum istorum in epistularum initiis prodeunt.

Quamquam quos alloquitur homines plerique humili loco videlicet nati sunt, tamen operae pretium erit, cui post Gothofredum prosopographia quarti p. Chr. saeculi cordi erit, inscriptiones Graecas et Latinas eo consilio perlustrare, num forte hoc illud nomen amicorum Apsyrty in lapide incisum redeat¹. Atque eclogae Cantabrigienses novae tres ad certos homines misae sunt: legimus p. 202 particulam longiorem sic incipientem: Ἀψυρτος Ῥωμύλῳ ἑκατοντάρχῳ Ἐδήλωσάς μοι δέσποτα Ῥωμύλε, ὡς πλειόνων παθῶν σύναψιν γενέσθαι κτλ. Iste Romulus centurio num alibi occurrat adhuc ignoro². Et ignotus erat, quod sciam, etiam Ursus ad quem epistulam p. 296 misit: Ἀψυρτος Οὐρσῳ στρατηλάτῃ χαίρειν. Ἐδήλωσάς μοι δέσποτα Οὐρσε πυνθανόμενος, ὅπως γίνεται τάματα (corrigen- dum θλάσματα) ἐν τοῖς ποσὶ τῶν ἵππων κτλ. Tertia epistula inedita legitur p. 75 Περὶ συλλήψεως, in qua auctor Hippocratem alloquitur et ipsum mulomedicum, cuius librorum multa fragmenta et in G et in M servata sunt³.

¹ Affert nomina Miller ll. p. 151 in indice scriptorum hippiatricorum, quem primo constituerat Fabricius (ed. Harless VIII p. 10), s. v. Apsyrty. Quamquam Miller multa Fabricii peccata emendavit omisssaque nomina bene supplevit, index etiam nunc innumerabilibus erroribus scatet, quare in eo adhibendo summa cautio opus est.

² Romulus, imperatoris Maxentii dux, de quo conferas Zosimum 2, 52, amicus Apsyrty non esse potest: Maxentius enim iam 312 p. Chr. diem supremum obiit.

³ Quae exstat editio (Ἱπποκράτους ἱππιατρικά. Hippocratis veterinaria. Latine et Italice reddidit ac notis illustravit Petrus Aloysius Valentini, in Nosocomio s. Spiritus medicus primarius, Romae 1814, 8^o, 238 p.) propterea nihili est, quod editor satis habuit, quae van der Linden in editione operum Hippocratis, Lugduni Batavorum 1665 vol. II p. 875—896 Hippocratis capita ex editione Grynaei sumpta protulerat, tertium aequae deperdita prelo subicere. Unum Hippiatricorum quendam codicem Barberianum adhibuit, quem vero ipse parvi aestimavit, cf. praef. p. XVI 'post varias investigationes in publicis et privatis bibliothecis in Barberina veterum Graecorum hippiatricorum codicem tantum inveni, qui ea qua usus sum editione v. d. Linden minime locupletior est. Attamen ex hoc codice, quemadmodum ex Hippiatricis Grynaei, paucas variantes lectiones decerpsi, quae adnotatione dignae mihi visae sunt'.

Et redeunt in M duo ista ipsius Hippocratis capita, quae codex Cantabrigiensis (C) memoriae mandavit¹. Hippocratem autem Apsyrto aequalem fuisse iam ex Apsyrta epistula ad eum missa G 50 cognitum habebamus.

Incertae aetatis *Tiberius* est, cuius duodecim frustula servaverat G, cum ne γρῦ quidem in M extaret: libenter igitur decem particulas Tiberii novas accipimus in C solo traditas².

Impudentissime posteriorum omnium *Hierocles*, vir litteris non leviter imbutus iurisque peritus, in mulomedicina vero plane rudis, Apsyrtum compilavit. Eo autem nomine inter ceteros auctores eminet, quod argumentum ieiunum et despiciatissimum fucata quadam oratione, ut iucundius saperet, non sine fructu efficere studuit. Cui nunc accrescunt septem excerpta inedita³.

Ex antiquioribus scriptoribus Apsyrtus unum collaudat *Eumelium Thebanum* (G 12 et 38), quem ex Columella sua hausisse Ihmuis nuper in editione Pelagonii p. 7 sq. demonstrare conatus est. Eumeli nomen eclogis quattuor aut quinque Cantabrigiensibus antepositum est, quarum una in M redit, tres ergo primo emergunt⁴.

Inter primarios scriptores mulomedicos est etiam *Theomnestus*, qui quando vixerit, disserere non dedignatus est Hauptius vir summus Hermae vol. V 23 (opusc. III 491), qui eum Licinio imperatore anno 313 p. Chr. n. floruisse putat⁵. Theomnesto, cuius librorum

¹ 193 περί ἄγγριων ἵππων redit M 1113 et 1114, C p. 218 πρὸς τοὺς ἰσχναινομένους ἵππους autem M 90.

² C 27 εἰς μάλιν, 89 πρὸς ἤλους τοὺς γινομένους πρὸς τῇ στεφάνῃ, 91 εἰς βῆχα, 135 ἐὰν ἡ κύστις ἐμφραγῆ, 154 πρὸς τυμπανίτην, 161 πρὸς τερηδόνας καὶ ἐλμινθας, 200 πρὸς τοὺς ῥευματιζομένους, 208 περί τῶν ἀπὸ ὁδοῦ καυσουμένων, 259 μάλαγμα πρὸς τὰ πεπαχυμένα τῶν νεύρων, 299 εἰς ἔξοποιῆας (sic) δακτύλων.

³ C 89 πρὸς πολύποδα, 185 πρὸς γονάτων πόνον, 240 περί κερκίδος, 255 π. θρόμβων, 260 π. σκωλήκων, 278 π. κεντρίδος, 357 π. σურიγγων. C 207 περί ἀσθματος Hieroclis invenitur etiam M 1043.

⁴ C p. 106 πρὸς νώτου παρακίνησιν, 120 περί ῥεύσεως κοιλίας, 200 πρὸς πόνον ὑπερήσας, 363 πρὸς φυλακὴν τῆς τῶν ζῶων σωτηρίας redit M. 1027. C p. 92 particula sic inscripta est ἐν μὴ πρὸς βῆχα νέαν, ubi verisimillimum est εὐμῆ i. e. Εὐμήλου restituendum esse.

⁵ Quod auctor G 124 (accuratius M p. 56) ait se cum imperatore amico Carnunto per Alpes in Italiam profectum esse. Sed cum Theomnestus Apsyrtum laudet, qui, sicut iam dixi, annis 332 — 334 p.

non paucae exstant reliquiae in G et M, nunc accedunt capita quattuor: ceteris praestat et magno ambitu et argumenti gravitate caput περι ἐπιλογῆς ἵππων inscriptum, quod p. 334—44 codicis invenitur¹. Simonis autem et Xenophontis vestigiis ibi institit auctor.

Pelagonii, cuius ante tres annos Ihmii egregia editio, quam modo attulimus, publici iuris facta est, novum ex C nos expiscari frustum iam alio loco edixi (Deutsche Literaturzeitung 1893, p. 392). Cuius capitis quando quidem in M nil extat nisi inscriptio, num omnino unquam plenum et integrum per se fuisset, Ihmii ed. p. 202 addubitaverat: ut nunc videmus, sine iusta causa. Alterum vero Pelagonii fragmentum Cantabrigiense in M redit².

Idem de altera ecloga Cantabrigiensi *Anatolii* inter scriptores rerum rusticarum clarissimi dici potest, cum alteram adhuc ignotam ab Anatolio ex Africani Cestis petitam esse Pselli ope demonstrare liceat³.

Mulomedicinae doctrinam ab arte medica hominum non adeo multis discrepare sed in plerisque consentire, quamquam ait Vegetius in primordio operis, in hippiatricis collectaneis medicorum clarorum nomina eclogis superscripta adhuc non apparuerunt praeter *Dioscoridem*, cui G 191 unam eclogam περι ψώρας assignavit. In M quae extiterunt olim de eodem morbo capita ,ασιγ' et ,ασιέ' Διοσκορίδου praeter inscriptiones iam perierunt. Ecce pusillum frustulum novum de scabie tradidit C p. 225 Ἐκ τῶν Διοσκορίδων, ubi ad pluralem velim attendas.

Oribasii dicuntur excerpta C p. 167 Ἰσχαμιον et 354 φάρμακον πρὸς σύριγγα. Et testatur Richardus Foerster (de anti-

Chr. n. sub Constantino ad Istrum stipendia fecit, rem non exploratam esse Ihmii in editione Pelagonii p. 10 iure contendit.

¹ Alia capita Theomnesti apparent C p. 38 τροχίσκος πρὸς μάλιν, 92 εἰς βῆχα, 133 περι δυσουρίας.

² M p. 147 in indice capitum deperditorum ἀργῆ Πελαγωνίου πρὸς παραφυλακὴν εὐσωμίας* ἵππων, quod caput legitur C. 220—222. C p. 219 Πελαγωνίου προπότισμα ποιοῦν πρὸς πάντα ζῶα κτλ. redit M 1069 et 70 (No. 508 ed. Ihmii).

³ C p. 260 Ἀνατολίου περι νεύρων redit non modo M 757 (p. 107) sed etiam, quod gravius est, Geoponica XVI 7, ubi Ἀψύρτου lemma abiciendum est. C p. 67 περι συλλήμματος γενῶν Anatolii repetit famosam Democriti vel Africani de generatione ad arbitrium instituenda doctrinam, quam affert Psellus paradox. 144; cf. supra p. 58 ann. 1.

quitatibus et libris manuscriptis Constantinopolitanis, Rostochii 1877, p. 27) fuisse inter libros manuscriptos Cantacuzeni hippiatricorum collectionem ita inscriptam: κβ'. Τοῦ αὐτοῦ ὀριβασίου τοῦ ἰατροσοφιστοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν κωνσταντῖνον τὸν πορφυρογέννητον βασιλέα, υἱὸν λέοντος τοῦ σοφοῦ, ἵππιατρικά· καὶ τὸ χαρτὶ ἔνε κόλλαις βεβραΐναις. De qua verba facere non operae pretium est.

Nonnulli scriptores, quorum memoria aut plane aut maximam partem evanuit, praeter spem nunc ex tenebris emergunt. Velut in M 237 caput brevissimum inscriptum est Ἄλλη (sc. λιπαρὰ) ἀπὸ τῆς Ἄντωνίνου διφθέρας τῆς ἱατρικῆς, pro qua inscriptione in codicis indice praefixo legitur Ἄλλο ἀπὸ τῆς Ἄντιοχειανοῦ διφθέρας. Non dubitare ergo non poteramus, utrum nomen scriptori ceterum ignoto fuisset. Ecce collyrio cuidam quod in C p. 62 continetur praefixum est Ἄλλος ὁ Ἄντωνίνου. Eundem auctorem atque in M hic prodire quoniam verisimile est, de nominis forma iam constat¹.

G p. 28 περὶ πνεύμονος inscripta particula in fronte gerit lemma Κασίου. Deinde Millero teste capitum περὶ καρδιακοῦ G 99 et περὶ ἥπατος G 108, quae in M redeunt, alterum in M 428 notatur Θεομνήστου Κασσίου, alterum 545 Κασσίου ἐν τοῖς Θεομνήστου. Sine dubio M hoc loco accuratius quam antea et quam G necessitudinem auctorum indicat. Millerus vero in indice scriptorum Hippiatricorum ll. p. 151 s. v. 'Cassius' Κασσίου ἐν τοῖς Θεομνήστου aliter ita interpretatus esse videtur, cum diceret Cassium Theomnesti copias ei qui hippiatrica collegit suppeditasse: 'Cassius devait être posterior à Theomnestus' Id quod omnibus probabilitatis numeris caret, quoniam Theomnestus saepissime in hippiatricis (cf. supra p. 60), Cassius praeter G 28 nusquam alibi apparet, et Theomnestus G 190 et ipse Ap-syrtum collaudat: itaque etiam Cassium attulisse censendus est. Sane quis fuerit et quando vixerit nescimus². Quamquam fieri potest, ut Reitzensteinus, vir ingeniosissimus, de scriptor. rei

¹ Sex medicos, quibus 'Antonius' nomen fuit, Galeno antiquiores affert Fabricius B. G. (ed. prima) XIII 65 sqq.

² Notus est Cassius Felix ἰατροσοφιστής, amicus Celsi, cuius ἱατρικαὶ ἀπορίαι καὶ προβλήματα φυσικὰ ab Idelero (Physici et medici Graeci minores vol. I 144—167) edita sunt. Alter medicus quidam L. Annaeus Cassius in vetusta inscriptione secundum Fabricium-Harless B. G. III 323 apparet.

rusticae . . libris deperditis p. 58 ann. eclogam G 28 Κασίου insignitam — neglectis videlicet capitibus Milleri — quamvis dubitanter tamen recte celeberrimo Cassio Dionysio Uticensi attribuerit, cuius vestigia in hippiatricis saepius premere licet (cf. supra p. 56). Id quod propterea disserui, quia nunc C p. 43 particula nova Κασίου prodit, in qua, sicut G 28, remedia contra pulmonum morbum commendantur.

Similiter res se habet in inscriptione C p. 240 *μοσχίωνος* [κατάγματα κῆ (sic) quae delenda sunt] πρὸς τὰ συντραύματα καὶ ἄνευ τραυμάτων κατάγματα ἐκ τῶν ἡρακλείου. Utrum *Moschionis Heraclii* libro an Heraclius Moschionis usus est? Nescimus, quoniam uterque primum inter auctores huius prosopiae prodit. Tamen cum inscriptiones Κασίου istas comparemus et auctorum nomina ubique primo loco poni deliberemus, inclinatur sane animus, ut ab Heraclio, nescio quo, Moschionem aequae incognitum laudatum esse censeamus.

δ' τί

Atenim C p. 245 legitur ἡρακλή ταραν πρὸς τὰς χρονίους μυρμηκίας.

Ut gaudemus, quod *Heraclides Tarentinus*¹ medicus celeberrimus in isto sodalicio nobis occurrit, sic alicui in mentem venerit, eiusdem nomen etiam priore loco iuxta Moschionis revocandum esse. Quod si verum sit, sane quae de necessitudine Moschionis et 'Heraclii' dixi, stare iam non possint. Utinam de Moschione ipso aliquid certius exploratum haberemus! Novimus autem Moschionem medicum qui de brassica Romanorum temporibus scripsit (Plin. n. h. 19, 87) fortasse et ipsum Asclepiadis Prusienensis discipulum, cui cognomen Διορθωτής (Galen. K. VIII 757) inditum est.

Deinde M 1011 ἄλλο πρὸς τὸ αὐτὸ (sc. θεραπείαν ποδῶν κτηνῶν) inscriptum isto miro modo finitur: Ἀψύρτω Κλαζομένῳ ἰπποιατρῷ τῷ ἑαυτοῦ ἱατρῷ Κιοστίνῳ Μοσχίωνι.

Tria primo obtutu intellegas: primum ista verba non ad finem sed ad initium capituli alicuius revocanda esse, quod in M nunc perit, cum in archetypo insequeretur; postea luce clarius

¹ De quo conferas quae doctissime egit Maximilianus Wellmannus apud Susemihlium, *Gesch. d. gr. Litt.* II 419—424. Osannus *Philol.* IX 762 inscriptionem quandam ΗΡΑΚΛΕΙΟΥ ΛΥΚΟΝ in vasculo fictili servatam emendavit ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΛΥΚΙΟΝ genuinum esse putans, quod Susemihlio *ib.* 424, 47 probatur.

Emergunt vero nonnulli scriptores in C, quorum quantum scio adhuc nec vola nec vestigium extabat. Velut p. 82 πρὸς χοιράδας caput Ἀμβροσίου σοφιστοῦ vel 274 Τροχίσκος πρὸς πᾶν δῆγμα ἔρπετων καὶ ἰοβόλων θηρίων est Ἀνθεμυστίωνος. Neque mihi contigit, ut Ἀνθεμυστίον nomen alibi invenirem.

Paulo diutius nos moratur C p. 262, ubi caput quoddam sic orditur: Παρὰ Σέλμου (S ex alia littera quadam ab ipso librario corr.) τρύφωνος. Θεσσαλονικαίων ἰαταί. ἡμῖν ὑπὸ τιθεμένης γνωστῶς ἐμάνθανον κτλ. Quae misere corrupta sic refingenda esse existimo: Παρὰ Οὐελίμου Τρύφωνος Θεσσαλονικέως (vel Θεσσαλονικέως) ἱατροῦ ἡμῖν ὑποτιθεμένου γνωστῶς ἐμάνθανον. Quamquam, quis hic loquatur, plane ἐν βυσσῷ est, tamen de Apsyrto cogitari posse haud praefracte negaverim, quippe qui omnium scriptorum saepissime et fere solus in hippiatricis primam induat personam.

Alii melius quam ego extricabunt nominis formam C p. 251 latentem: ἡκτιρί (sic) πρὸς σκληρὰς ὀγκώσεις. Nescio vero an ΛΙΤΟΠΙΟΥ Beneventani nomen genuinum fuerit, cuius duo remedia G 26 et Pelagon. ed. Ihm 6 tradita sunt.

Altiolem ascendamus gradum linguisque faveamus, quoniam homines duos maxime venerabiles huc praeter exspectationem iactatos salutare libet: ecce *Theophylactus patriarcha* incedit, cui p. 115 ἀντίδοτον νεφρικόν et p. 306 caput longius περὶ σειράματος¹ debentur². 'Sanctus' autem '*Chrysostomus*' p. 100 mulomedicis duos hosce hexametros suppeditat, quos papyro inscriptos membris aegrotis affigi oportet:

¹ Quod verbum in lexicis deest; ipse auctor vel compilerator ἦτοι χειρώματος addens notionem voculae et morbi naturam patefacere studuit. Stephani thesauri copiae in hac abdita provincia haud raro deficiunt: verba singularia quae videbantur asterisco insignivi.

² Novimus Theophylactum, Lacapeni filium, patriarcham Constantinopolitanum, qui anno 962 defunctus est, postquam annos viginti tres pontificatus praefuit. Cuius ἵππομανίαν cum derideat Cedrenus II 332 (οὐδὲν τῶν αἰσχίστων . . ἐνέλιπεν . . ἵππομανῶν καὶ κυνηγεσίαις ἐνασχολούμενος), credo eum nostrum auctorem esse. Quod si verum est, terminum iam habemus, post quem collectio Cantabrigiensis constituta sit. Praeter eum Theophylactum Fabricius-Harless Bibl. Graeca VII 586 afferunt episcopum Antiochensem, qui apud Theophanem occurrit; Edessenum presbyterum Cedreni; denique archiepiscopum notissimum Bulgarum, anno 1070 p. Chr. clarum scriptorem. Neque pauci episcopi ita nominati sunt. Quorum nemo in censum venit ob epitheton '*patriarchae*'.

Ὡς πυρὸς αἰθομένου φοβερὴν φλόγα χειρὶ καλύπτεις,
Φροντίδας ἀργαλέας καὶ ἑμὰς κατάπαυσον ἀρωγέ.

Iohannem Chrysostomum posteris praestrigiatorem visum esse, quantum scio, nondum notum erat¹. Versus ipsos autem adde hexametris magicis a Ricardo Heimio diligenter collectis 'incantamenta magica graeca latina' *annal. philol. suppl. XIX 547 sq.*

Quoniam de novis codicis Cantabrigiensis capitibus eorumque auctoribus in universum egi, nunc restat, ut Simonis Atheniensis de re equestri libri fragmentum denuo publici iuris faciam². De quo quamquam optime, ut dixi, meritus est Fridericus Blassius (B), tamen me operae aliquid pretium facere scio, quoniam Bussemaker olim negligentissime codicem descripsit. Quid quod tres lineas codicis p. 229 (infra p. 68, 9—11) plane omisit? Quare quae est gravitas frustuli, non modo summa accuratatione codicem exhauriendum esse duxi sed etiam exhausta omnia legentibus proponendum ne minutissimis litterularum apicibus vel glossis interlinearibus praetermissis. Testimonia vero quae B. dederat, non repetivi, quoniam nonnulla adhuc in codicibus latent, cf. e. g. supra p. 61. Ubi nihil adnotavi, scito supplementa < > Blassii sagacitati deberi, Darembergii (Da) falsas lectiones non commemorabo, nisi quae editori Germano imposuerunt.

¹ Quoniam Iohannes cognomine 'Chrysostomus' septimo demum saeculo ab omnibus appellari coeptus sit, certe postea versus ei ascripti sunt.

² Christius, *Gesch. der griech. Litteratur* ² p. 306 nil nisi haec de Simone ait 'Aus I, 3 und 11, 6 (sc. Xenophontis περί ἱππικῆς) ersehen wir, dass schon vor Xenophon ein gewisser Simon über denselben Gegenstand geschrieben hatte; aus des letzteren Schrift wird das in den *Geoponica* 19, 5 unter dem falschen Namen des Xenophon angeführte Kapitel stammen'. Nescit igitur vir doctissimus fragmentum libri Simoniani servatum esse eumque a Polluce allatum et compilatum, ut de aliis auctoribus qui de Simone locuntur taceam. Cur *Geoponicorum* 19, 5 Simoni attribuerit, me plane nescire ingenue fateor: est enim caput illud περί ἐλάφων; nusquam vero traditum est Simonem de re venatica (κυνηγετικός) scripsisse. Caput istud autem ex quattuor partibus misere consutum esse vel obiter legenti apparet. Lemma denique Ξενοφώντος sicut cetera *Geoponicorum* omnino abiciendum est.

. . . δοκεῖ <δέ> μοι περὶ ἰδέας ἵππικῆς <ἐπισκεπτέον εἶναι> πρῶτον, <εἴ τις> ἐπιθυμεῖ εἰδέναι καλῶς τοῦτο τὸ μάθημα. <πρῶτον μὲν οὖν χρῆ> τὴν | πατρίδα γινώσκειν, ὡς ἔστιν κατὰ γε τὴν p
 5 Ἑλλάδα χώραν κρατίστη ἢ Θεσσαλία. τὸ δὲ μέγεθος τρία τῶν ὀνομάτων ἐπιδέχεται· μέγα, μικρὸν, εὐμέγεθες, ἢ εἰ βούλει σύμμετρον, καὶ δῆλον ἐφ' οὗ τῶν ὀνομάτων ἀρμόσει ἕκαστον. κράτιστον δὲ ἐν παντὶ ζῶψ ἢ συμμετρία. χροὰ δὲ οὐκ ἔχω ἵππων ἀρετὴν ὀρίσαι. δοκεῖ δὲ μοι ὁμως <χαίτη> ἥτις ὁμόχρους ἐστὶν
 10 αὐτῆ ἑαυτῇ ὄλη καὶ εὐθριεῖ μάλιστα ἀρίστη εἶναι ὡς ἐπὶ <τὸ> πολὺ, <ἔτι δὲ> ἢ πορρωτάτω ὄνου καὶ ἡμιόνου. ὃ δὲ οὐδενὸς εἰς διάσκεψιν ἔλαττον, δεῖ τὸν ἵππον ἄνω μὲν εἶναι βραχὺν, κάτωθεν δὲ μακρὸν, οἷον ἀπὸ μὲν τῆς ἀκρομίας ἐπὶ τὰ ἰσχία βραχὺ τὸ χωρίον ἔχειν, ἀπὸ δὲ τῶν ὀπισθίων σκελῶν ἐπὶ τὰ
 15 ἔμπροσθεν μακρὸν ὡς πλείστον. εἶτα εὐποδα εἶναι. ὄπλη μὲν οὖν ἀγαθὴ ἵππῳ [ἀγαθῶ] ἢ [τὸ τοῦ ἵππου σκέλλη] ἑλαφρὰ καὶ εὐφορος καὶ μῆτε πλατεῖα μῆτε ὑψηλὴ ἄγαν, <ἔτι δὲ ἢ σαρκὸς μὲν> ὀλίγον, τὸν δὲ ὄνυχα παχὺν ἔχει. ἔστι δὲ αὐτῇ τεκμήριον καὶ ὁ ψόφος [τῆς ὄπλης τῆς ἀγαθῆς]: κυμβαλίζει γὰρ ἢ κοίλη

1 ἐκγλογῆς falso Da || 2 lacunam in initio cognovit B | ἰδέας corr. spiritus ex aspero || 3 ἐπιθυμεῖ πρῶτον: transposuit B || 4 γινώσκειν: διαγνώσκειν falso Da, itaque διαγινώσκειν B | τε pro γε: corr. B qui iure dubitat, sitne sana sententia || 5 ἑλλάδα || 6 ὀνομάτων | ἐπιδέχεται superscr. λαμβάνει | σύμμετρον superscr. ἴαν (sic) pro ἴσον || 7 ὀνομάτων | ἀρμόσει || 8 ζῶψ | συμμετρία superscr. ἢ ἰσότης | χροὰ: i mutum ubique deest | ἔχω sine spiritu || 9 δοκεῖ superscr. φαίνεται || 10 αὐτῇ | εὐθριεῖ superscr. καλλίθριε | μάλιστα κτλ. superscr. πλέον καθὲν κάλλιστον | εἶναι || 11 πολλῶ ἢ: corr. B | δὲ (sic) | οὐδενὸς: ου minio correctum fortasse ex εἰς || 12 διάσκεψιν superscr. βούλευσιν | βραχὴ | 13 μικρὸν idem error l. 15: corr. B | ἀκρομίας, superscr. τοῦ ἀκρου ὤμου || 14 βραχὲς | ἔχει | ὀπισθίων μερῶν || 15 εἶτα εὐποδα εἶναι: puto contractam esse sententiam, certe δεῖ vel χρῆ supplendum | ὄπλη superscr. ὄνυε || 16 ἀγαθῶ 'melius abest, nisi gravior omnino hic corruptela latet' B | τὸ τοῦ ἵππου σκέλλη (sic) glossema esse vidit B || 17 εὐφορος superscr. εὐκόλως κινούμενα | ὑψηλὰ || 18 ὀλίγον | δὲ τὸν: transposuit B | ὄνυχα | 18 sq. αὐτός τε τεκμήριον falso Da, τε iam delerat B; τῆς ὄπλης τῆς ἀγαθῆς (v. 19) quoniam iuxta αὐτῇ stare non potest, uncis inclusi || 19 κυμβαλίζει superscr. τυμπανίζει | κοίλια ||

μᾶλλον ἢ ἡ πλήρης καὶ σαρκώδης. τὸ δὲ μετακύνιον ἐχέτω ὑγρὸν, κυνο|βάτης δὲ μὴ ἔστω· δασέα δὲ [καὶ] <τὰ> παρὰ τὰς κνήμας p. ἐχέτω <καὶ> τὰ περὶ τὴν περόνην [ἰσχύια] καὶ τὴν κνήμην <ἰσχνὰ> καὶ νευρώδη καὶ ἄσαρκα ὡς μάλιστα ἄχρι τοῦ γόνατος, τὰ δὲ ἄνω-
 6 θεν τούτου καὶ σαρκωδέστερα καὶ ἰσχυρότερα. τὴν δὲ διάστασιν τοῖν σκελοῖν ἐχέτω ὡς μεγίστην. <ὑπάρξει γὰρ αὐτῷ διὰ πλείστου τὰ σκέλη ρίπτειν> . . . τὰ δὲ στήθη μὴ στενὰ ἔχων λίαν, μηδὲ πλατεῖα ἄγαν, καὶ τὴν ὠμοπλάτην ὡς μεγίστην καὶ πλατυτάτην, τὴν δὲ μασχάλην μικρὰν <ἄριστος ἂν εἴη>. τὸν <δὲ> αὐχένα
 10 <ὑψηλὸν> καὶ τὴν προτομὴν ὀρθὴν ἐχέτω, μὴ <ἐπι> τῆς ἐκφύσεως ἀνάσιμον, εἰς <δὲ> τὴν ἀκρωμίαν ὡς παχυτάτην καὶ πλατυτάτην. παρὰ δὲ τὴν σιαγόνα ὁ αὐχὴν ἔστω λεπτός, ὑγρὸς, ἀνάσιμος εἰς τοῦπισθεν, πάλιν δὲ ἐκ τοῦ λεπτοτάτου εἰς τὸ πρόσθεν κατακαμπτέσθω. καὶ τὴν κεφαλὴν προαγέτω δὴ, καὶ μὴ βραχὺς
 15 ἔστω ὁ αὐχὴν, τὴν δὲ κορυφὴν ὑψηλὴν ἐχέτω, ἢ δὲ κεφαλὴ ἐπισημοτάτη <ἔστω> <καὶ> ἐλαφρά. τοὺς δὲ μυκτῆρας <δεῖ εἶναι> ὡς μεγίστους, τὰς δὲ γνάθους μὴ παχείας καὶ ὁμαλὰς πρὸς ἀλλήλας, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς μεγάλους, ἔξω δὲ ὡς μάλιστα <κειμένους>

1 πλήρης || 2 κυνοβάτης | δασέα δέ: α δὲ minio supra versum add. | καὶ del. B || 3 ἐχέτω omis. Da, excidisse verbum perspexit B | περι τὴν bis | ἰσχύια del. B, unde ego ἰσχνὰ || 4 νευρῶ^{δ'} alterum' et acutus minio add. | ἄσαρκα superscr. οὐ πολυσαρκής | γόνατου || 5 διάστασιν superscr. τὴν ἀποχώρησιν τῶν σκελῶν || 6 σκελῆν | μεγίστην superscr. οἱ δὲ εὐρείαν πλατεῖαν | ὑπάρξει κτλ. e Polluce I 193 inseruit B; nescio an huc reuocanda sint etiam ea quae idem Pollux paulo post (194) affert Simonis verba (fr. 5 B) εὐδρομος δὲ ἵππος ὁ ὀλίγον αἵρων ἀπὸ τῆς γῆς ἐν τῷ τρέχειν τὰ σκέλη || 8 πλατεῖα | ἄγαν superscr. ἀλλὰ σύμμετρα | ὀμοπλάτην || 9—11 τὴν δὲ μασχάλην sequentia usque ad πλατυτάτην praetermisit Bussemaker, cuius oculi a priore πλατυτάτην ad alteram in quarta codicis linea insequenti aberrabant | ἄριστος ἂν εἴη antecedenti linea post ἄγαν suppleverat B | δὲ interposui || 10 ὑψηλὸν vel simile adiectivum necessarium esse videtur | ὀρθὸν | ἐπι supplevi | τῆς ἐκφύς || 11 δὲ addidi | παχυ^{τ'} καὶ πλατυ^{τ'} || 12 σιαγόνα κτλ. superscr. τὸ κάτω μάγουλον ὁ τράχηλος | αὐχὴν corr. a pr. m. ex αὐχμῆν | ὑγρο || 13 εἰ τοῦ πίσθεν | λεπτότατον | τὰ πρόσθεν κατακαμπτέσθην || 14 δέ: corr. B | βραχὺς ἔστιν || 16 ἐπισημῶ^{τ'}: ἐπίσιμος B | ἔστω et δεῖ εἶναι insertis nondum sanata esse sententiam animadvertit B | καὶ addidi | τῷ δὲ μυκτῆρι || 17 μεγίστω: corr. B | τὰς δὲ γνάθους corr. a pr. m. ex τῷ δὲ γνάτω: dualis genuinus esse videtur, superscr. τὰ δὲ μάγουλα || 18 τῷ δὲ ὀφθαλμῷ μεγάλω: iterum dualis latet, κειμένω tamquam codicis falso Da, itaque κειμένους B ||

καὶ ἰδεῖν λαμπροὺς, τὰ δὲ ὦτα μικρὰ καὶ τοὺς ὀδόντας . . τὴν δὲ σιαγόνα ὡς μικροτάτην, τὰ δὲ μεταξὺ τοῦ αὐχένος καὶ τῆς σιαγόνης ὡς λαγαρώτατα. τὴν δὲ ἀκρῶ | μίαν ὡς μεγίστην <ἐχέτω> καὶ τὴν ῥάχιν, τὰς δὲ πλευρὰς πλατυτάτας καὶ καθι-
 5 μένας κάτω, τὴν <δὲ> ὀσφὺν ἐχέτω ὑγρὰν (γνοίη δ' ἂν τις τὴν ὑγρὰν, εἰ μὴ ἐν ἀμφοῖν τοῖν σκελοῖν σταίη, ἀλλ' ὡς τὰ πολλὰ εἰς τὸ ἕτερον μεταβαίνοι τοῖν ὀπισθεν σκελοῖν), τὸ δὲ ἰσχίον μέγιστον καὶ πλατύτατον, τὴν δὲ λαγόναν ὡς μικροτάτην. [αἱ πλευραὶ καὶ αὐταὶ ἔστωσαν πλατεῖαι καὶ τὸ ἰσχίον μέγα, μικρότατον δὲ
 10 καὶ ἀσθενέστατον τοῦ ἵππου ἢ σιαγόνα]. τὰς δὲ μηριαίας δεῖ μὴ σαρκώδεις εἶναι, τοὺς δὲ ὄρχεις ἐχέτω μικροὺς. τὸ δὲ μετὰ τῶν μηριαίων μὴ μετέωρον ἐχέτω [δὲ] μηδὲ πλήρες, ἀλλ' ὀλίγω εὐκολώτερον, καὶ τὴν ἔδραν ὡς μικροτάτην καὶ ὡς πορρωτάτω <τοῦ> ἰδεῖν. τὴν δὲ κέρκον μετέωρον ἐχέτω καὶ ἐκ τῶν
 15 σχίων δασεῖαν καὶ μακρὰν.

περὶ μὲν οὖν εἶδους ἵππων ταῦτα, καὶ ὅτι ὁ μὲν ἅπαντα ταῦτα μάλιστα ἔχων ἄριστος, δεύτερος δὲ ὅς τὰ τούτων ἔχει πλεῖστα καὶ ὅσα μεγίστας ὠφελείας παρέχεται.

ἔλκεται δὲ πῶλος ἐκ τῶν πωλίων διέτης. περὶ <δὲ> τοῦτον
 20 τὸν χρόνον βάλλει τοὺς πρώτους ὀδόντας τριακοντάμηνος γερονῶς, τοὺς δευτέρους δὲ ἐνιαυτῷ ὕστερον, καὶ τοὺς | τελευταίους ἐτέρῳ ἐνιαυτῷ καὶ ἐν ἐλάττονι χρόνῳ, ἀκμαιότατος <δὲ> αὐτὸς ἑαυτοῦ γίγνεται εἷς τε ποδώκειαν καὶ ἰταμότητα ἔξετης γερονῶς.

1 λαμπρῶ: corr. B, nisi dualis sincerus est | post ὀδόντας excidisse puto adverbium velut ὡσαύτως vel adiectivum || 2 σιαγόνα | τὰ: τὸ || 3 λαγαρότατα | ἀκρομίαν || 4 ῥάχην, evanuisse vide-

tur adiectivum velut διπλῆν | καθιμένας || 5 ὀσφυν pr. m. | ὑγρὰν sequentibus verbis superser. ἤγουν ἀγετον (sic) καὶ ἐλαφρὰν ὥστε προβαίνειν τοὺς ὀπισθίους πόδας τῶν ἔμπροσθεν ἴχων τῶν ἔμπροσθίων ποδῶν, καταπολ- (sic) | γνοίη || 6 ἐναφοῖμ τὴν σκελοῖν στέη | ἀλλ' οἷς || 7 μετὰ βαίνειν | τὴν ὀπισθεν σκελοῖν: 'glossema' B | ἰσχίον falso

Da || 8 πλατύν | μικρο^{ττ}, || 8 sqq. spuria esse intellexit B || 9 ἰσχίον perperam Da || 10 μηρίας: emend. B qui μηρίας tamquam codicis lectionem affert; superser. ἤγουν οἱ μηροὶ ἔστωσαν λεπτοὶ || 11 σαρκώδης superser. παχεῖς ὄρχεις (sic) | τὸ δὲ: δὲ omis. Da, iam add. B || 12 δὲ del. B | μὴ δὲ | πλήρες τυροθητῆς errore B || 13 ὀλίγων ἐγκολώτερον: em. Da, qui perperam ἐνκοπλώτερον lectionem codicis enotat.

'possis etiam ὀλίγον reponere' B | μικρο^{τλ}, κρ in fenestra || 15 δασίαν || 18 πλεῖστα | ὡσας || 19 τούτων τῶν χρόνων || 22 ἐλάττωνι | ἀκμαιῶς αὐτὸς ἑαυτοῦ, utrumque o a pr. m. ex w corr. || 23 ποδώκειαν superser. συντονίαν ποδῶν.